



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

Quòd subditi Principum mores imitentur, siue boni sint, siue mali. cap. xx.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANNIS DAMASCENI

tres persoⁿa affluit: nimirum ut munus aliquod accipiat. Tertia, libidinos^e & voluptatis causa. Atque F
ras diuiⁿ illa quidem purē ac sincerē cū quem amat, laudat: altera ob auaritiam. Postrema autem,
dit. Voluptatis ergo.
Philo. Pax, quamlibet damno^fa, bello tamen utilior est.

DE VERITATE, AC TESTIMONIO
certo. CAP. XIX.

Exod.
Num. 35.

Tob. 8.
Psal. 24.
30. 118.

Prov. 8.

14.

21.

Mal. 2.

Zach. 8.

3. Esa. 4.

Sap. 6.

Ecli. 4.

27.

10. 3.

Eph. 4.

3. Io.

*Basil. in
dict. scrip.*

*Attende
tibus.*

*Nazia.
Chrysost.*

*Veritas
in supera-
bilis est.*

Iustini.

Euseb.

QVOD SVBDITI PRINCIPVM MO-

res imitantur siue boni sint, siue mali.

CAP.

XX.

Dixit



On assentieris cum iniusto fieri testis iniustus.

Sub duabus vel tribus testibus morietur, qui morietur.

Non admittetur testis unus, vt testimonium aduersus hominem dicatur in omni crimine, & in omni peccato.

Os verum implebitur risu: & labia eius exultabunt.

Omnes viae Domini misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius. Veritatem requiret Dominus. Ne au-

feras de ore meo verbū veritatis usquequaque: quia in iudiciis tuis supersperauī.

Iusti sunt omnes sermones mei, nō est in eis prae*rum* quid, neque peruersum.

Misericordia & veritatem fabricantur boni. Liberat a malis testis fidelis.

Facere iustitiam, & vera loqui, magis placet Deo, quam victimæ.

Lex veritatis in ore eorum, & iniustitia non est inuenta in labiis eorum.

Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo. Veritatem & pacem

diligit, ait Dominus omnipotens.

Non est apud veritatem accipere personas.

Non prateribo veritatem, nec cum inuidia tabescere iter habebo. Quoniam huic nihil commune est cum sapientia.

Non contradicas verbo veritatis. Ne accipias personam potentis. Usque ad mortem certa pro veritate: & Dominus bellabit pro te. Volatilia ad sui similia conueniunt: & veritas ad eos, qui operantur illam, reueretur.

Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: I quoniam sumus inuicem membra.

Maiorem hac iustitiam non habeo, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare.

Præstantissimum omnium bonorum est veritas. Captu difficultis est veritatis sermo: Ut qui facile eos effugere queat, qui animum non satis attendunt.

Huiusmodi quiddam est vacordia, & aduersus veritatem initum certamen: nempe tibi ipsi.

Veritatis robur nullam opem requirit: Verum quamvis innumeris sint, qui eam extingue moliantur, adeo tamen non extinguitur, ut etiam per eos ipsos, qui eam vexare co-

nantur, splendidior existat, eosque, qui frustra se tundunt, irrideat.

Nec lux unquam caligo erit, quandiu lux fuerit: nec rerum nostrarū veritas unquam falsi conuincetur. Veritas enim est: quan nihil fortius esse potest. Qui quis, cum veritatem dicere queat, eam subiect, a Deo condemnabitur.

Præstat lapidem incassum mittere, quam sermonem. Loquere quæ oportet, & cum oportet: & non audies quæ non oportet. Veritatem silere, idem est quod aurum humo cōdere.

QVOD SVBDITI PRINCIPVM MO-

res imitantur siue boni sint, siue mali.

CAP.

XX.

Dixit

A **I**xit Gedeon ad populum: Quod me videritis facere, facite. *Iud. 7.*
DQuando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per circu-
 tum castrorum clangite, & personate. Abimelech arrepta se-
 curi, præcidit arboris ramum, impositumque fefens humero,
 dixit ad socios suos, Quod me vidiſſis facere, citò facite.
Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est *Ecli. 10.*
 rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.

Ad principum mores ſeſe ut plurimum effingere ſolēt ī, qui in ipſorum imperio ſunt. Basl.
Ac proinde quales fuerint duces, tales quoque eos, à quibus gubernantur, eſſe neceſſe eſt.

B **Q**UOD SVBDITI PRINCIPIBVS SVIS
 ac præfectis parere ac cedere, eōsque honore afficere debeat,
 non autem ipſis reluctari. CAP. XXI.

Dlis non detrahes, & principi populi tui non maledices. *Exod. 22.*
Impius eſt qui dicit regi, Iniquè agis. *Iob. 34.*
 faciem non veretur, nec honorem ei deferre nouit.
In scientia tua ne maledicas regi, & in penetralibus cubiculi tui. *Ecli. 10.*
Cne maledicas diuīti. Quoniam aues coeli portabunt vocem tuam,
 & qui habet pennas, nunciabit sermonem tuum.

Time Deum & regem: & neutri eorum inobediens ſis. *Prou. 24.*
Os regis caue, & ne recedas à facie eius: quia omne, quod voluerit facere, fa-
 ciet, & ferme illius potestate plenus eſt: nec dicere ei quisquam potest, *Quare*
 ita facis?

Magnato humilia caput tuum. Ne litiges cum homine potente. A poten- *Ecli. 4.8.*
 tiore aduocatus, discede: ob hoc enim magis te aduocabit. In medio magna- *13. 32.*
 torum ne te illis æques.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita ſit. Non enim eſt potestas *Rom. 13.*
 niſi à Deo: quæ autem ſunt potestates, à Deo ordinatae ſunt. Itaque qui potestati
Drefiſtit, Dei ordinationi refiſtit. Qui autē refiſtit, ipſi ſibi damnationē acquirūt.

Obedite præpositis vestris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilāt, tanquam pro *Heb. 13.*
 animabus vestris rationem reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & nō cum mœ-
 rore. Non enim hoc vobis conducit.

Subiecti eſtote omni creaturæ propter Deum, ſive regi, tanquam præcellenti, *1. Pet. 2.*
 ſive ducibus, tanquam ab eo miſiſis, ad vindictam quidem malorum, laudem ve-
 rō bonorum.

*C*asari in his rebus parete, in quibus parere periculo caret. Inferioribus, ac ſibi ipſi- *Ignat.*
 ſis imperare neſcientibus, in beneficio parte ponendum eſt, ius fermare, qui recte & ſcīte
 præfunt.

ESubiiciamur, tum Deo, tum alij alii, tum iis qui imperium in terra gerūt. Deo quidem, *Naz. 7.*
 omnibus de causis: alij autem aliis, propter charitatis feodus: principibus denique, propter *Orat. ad*
 ordinem, publicæque disciplinæ rationem, idque tantò etiam magis, quanto clemētioribus *Cives*
 moderationibusque illis utimur. Graue ac periculofum eſt indulgenti aſſiduitate cle- *Naz.*
 mentiam exhaustire: ne alioqui illorum aſperitatis & crudelitatis poenæ tandem à nobis *Cauedum*
 expetantur, vt qui ventis inuenctis trāquillitatē ſuſtulerimus, & luci caliginem in- *ne principi-*
 duxerimus, mellique abſynthium admiſcuerimus. *pum cle-*
metia abu-

Præfectos eos, qui à regibus creatur, quamvis improbi ſint, quamvis fures, quamvis tamur.
 iniſti, quamvis denique alio ulo criminis conſtricti, metuere tamen debemus, nec propter *Chrysost.*
 eorum improbitatem eos aſternari, ſed propter eius, à quo creati ſunt, dignitatem vereri.

Omnis qui recte ſubeffe ac parere didicerunt, recte quoque imperio fungi ſcient, cum *Iosephi.*
 ad potentiam peruenierint.